107

Som: von Westens
Lig. Perr over Sver
Brinchis Frue.

U. B. BERGEN
Ms. 107

U. B. BERGEN
Ms. 107

Contentum af Personalia i Verset

Ambrosia Mechelse født i Christiania d. 27. nov. 1673
Død i Liebmegaard 1709. d. 1. aug. gift 17 aar, gammel
35 aar 8 maaneder og 4 dager. 7 Mrk lod 9 Øre, gandt
vorent i London, da Hendes Mand var dansk Gesandt der.
Iver Brinck

ATTICA . TOT. STATUAS. PHALEREO. TURBA. DICAVIT.
QVOT. GRÆCUS. CURSUM. SOLIBUS. ANNUS. AGIT.

AMBROSIÆ. LATIUS. DECERNIT. PHŒBUS. HONORES.
QVOT. SUA. VITA. ANNOS. HEU. NIMIS. ARCTA.
PATET.

Udskrevet efter Originalen.

I.

De Urbibus Beato

natali
geniali
fatali

I

Christiania
Londino
Havnia

Dat Lucem Nerigon, tadam Anglia, Dania funus:
magna notant magnas tres tria Regna Vices.
Sed loca qua fuerant Vitaq Thoriq Neciq,
Symbola sunt Vita Conjugiq Necis;
Fert Christianopolis, quod at afferet Anglia Ocellus,
Tandem effert Fretus Portua masta decus.
Sic Christiana fuit, quam vixit BRINKIA vitae
Conjugium Angelicum, mors quoque portus erat.

II.

De iisdem.

Stella Ignacei sacrati BRINKIA nasci
digna sub Arctoo sidere visa fuit,
Et qui tractus Oves meliores promit, Eandem
seu teneram in BRINKI Brachia traxit Ovem,
Sed, quam prisca fides commendat terra beata
Ad fidei finem protinus ire monet.

III.

De Die natali. 27 Novb.

Biographi certant, num natus Erasmus eodem
Lvo fuit et BRINKI nata marita, die:
Hoc scio: Facundus quidam consurgat Erasmus,
Si tua pro meritis, BRINKIA! vita cluet.

IV

De die emortuali. 1. Aug.

Lvâ se Nostra die convertit ad Astra, feruntur
decessisse simul SPES, AMOR, atq FIDES;
Scilicet illa Trias residebat pectore Nostra,
Firma, sacer, Victriq, Spes, Amor, atq Fides.

V.

Annorum

natalis. emortualis.

1673. 1709.

Synchronismus Gallicus.

Germanum Gallus, cum BELLONA nascitur, urget;
Cum moritur, pacem Teutona Galle rogas.
Cernens nostra nihil certum orbi; fugit aborbe:
Quo nunc Illa loco, gaudia firma vigent.

VI.

Eorundem.

Collatio cum symbolica Danorum numero
ad demonstrandum Beatae animum
Danicum, h. e. sincerum,
Danis Musis decantata.

ᚦᚨ.ᚦᚨᚦᛉᚨᚱᚠᛋ.ᛏᚨᚦ.ᛋᛁᚠ.ᛒᚨᚱᚱᚨᛋ. ᚦᚨᚦ.
ᛉᚾᚦ.ᛋᛉᚱᚢᚢᛏᚾᚦᛋ. ᚦᚾᚢᚾᛏᛁᚦᚾᚱ,
ᚦᚨ.ᚨᚢᚦᚾᚱ.ᚠᚾᚱᛋᛏ.ᚨᚠ. ᚾᚱᚢᚦᚠ. ᚱᚨᚦ.
ᚢᚨᚱ.ᛋᚨᚦᚠ. ᚢᚾᚦ. ᚠᚱᚾᛉᛋᚠᚱᚢᛁᚦᚾᚱ.
ᛉᚾᚦ. ᚦᚨ.ᛏᛁᚦ.ᚾᛏ.ᚦᛃᛏ. ᛣᚢᚢᚦᚱᚾᚦᚾ.
ᚦᚨᚦᛋᛋ. ᛋᛏᚨᚱᚾ. ᛏᚨᚦ. ᛋᛁᚠ. ᚠᚨᛋᛏᚾᚦ.
ᛏᛁᚦ. ᚾᚢᛁᚠᛣᚾᚦᚾᚦᛋ. ᛏᚢᛋᛋᚾᚦᚾᚦ.
ᛉᚾᚦ. ᛋᛏᚾᚦᚱᚱᚱᚾ. ᛏᚱᚨ.ᛣᚢᚦ.ᛣᚨᛋᛏᚾᚦ.
ᚦᚾᛏ. ᛉᚾᚱᚠᚾᚱ.ᛣᚢᚦ.I. ᚦᛁᚢ.ᚨᚠ. ᚦᚾᚦ.
ᚱᚾᛏ. ᚦᚨᚦᚦᚾᛋ. ᚢᚨᚱ.ᚨᛏ. ᚠᛁᚨᚦᚾ.
ᚨᚠ.ᚨᛏ. ᛣᚢᚦ. ᚢᚨᚱ. ᛁᚨᛏᛁᚦ. ᛣᚢᚦ. ᛒᚱᚾᚦ.
ᛋᛁᛏ. ᚠᚾᚨᚱᛋᚾᚦ. ᚦᚨᚦᚨᚾᚾᚱᚢᚢᛁᚦᚾ.

At: e:

Da Danmarks tal sig sammes lod .3.
med Christnes Aars-tider, .70. 73.
da allen först af salig Aod
nor Dalig paa fremstrider:
maa da til at nøst hundrede .700
Dansk store tal sig lestred .9. 709.

Til evighedens Fiisende
med stoerre tro sine Fastrad.
Det mercker, Him i Liv og Død
ret dannes nar at sinde,
og at sin nar, ind til sin Brød
sit Sougsle, Hannegoinde.

VII.

Ænigma Botanico Astrologicum
de
natali et emorticali
temporibus

Dic sempervivum, cui Ver sit tempore hijberno,
æstivo autumnus; nunc sine sole viret.
In tota gratis lacrijmarum Valle requires
planta ea nata solo, nunc paradisus habet.
Scripta Dioscoridis frustra Maerig legentur,
in libro Vitæ conspicienda micat.

VIII.

Ex nomine Ambrosiæ.

Nectar et Ambrosiam sibi tellus vindicat audax,
quàm gratis latices, tam quoque jure dapes;
Nam velut à vero, dulcescere lilia poclis
quæ Ganijmedeus fuderit error, abest,
Ambrosiam AMBROSIA sic natâ credo pluisse,
mores non solum nomen Olijmpe, dabas.
Jvàm sapiens! svavis! proba! sedula! sancta! decora!
et mortale nihil quo sapiebat, erat!
Ergo cur querimur, si Dorum Coela resumant?
debetur superis sedibus AMBROSIA.

IX. ἐι Ἀμβροσία ἔφαγεν.

Ergo mortales morti cessisse putemus
Tartarag Ambrosiô se saltiasse cibo?
Hoc credant Cretes, Superos qui occumbere credunt,
et propriis debent vatibus inde sales.
Nos tegumenta quidem mannæ mutescere scimus
ipsam ast ambrosiâ vescier AEMBROSIAEM.

X. Echo.

AMBROSIA. ΟΣΙΑ.

Ἀμβροσίαν γνώθυ τὸ Σιὼν ὄχος ὅστις ἐφολᾶς
οὖ ἦχὼ ὁσίαν θῆλυν ἀγναμπτὶ καλεῖ.

XI.

Nominis Allusio Sinica

Ambrosia

q.s.

Atambarigosije



Atâm bà rigò sije.

h.e.

O navigium! Domina personarum exstincta est.

aliter

q.s.

Atambarigosij



Atâm bà rigò sij

h.e.

O navigium! Domina personarum purificata est.

Explicatio metrica.

Diceret Ambrosiam casus Atambarigosije Sina;
Viz alium admittit barbara lingua sonum,
Vel, nitidus versus quod respuit, Atambarigosij:
Conjugis hinc merces, ut decus inde patet.
Quam merito Dominam, mitem tamen, ante vocabas,
nonne tuus Castor, Brinxia navis! erat?
Sidus hoc exstinctum non est, sed purius illud
reddidit hic raptus, purius ante Deum.

XII.

Acrostichon Æthiopicum.

አለጓለ: ፍሠነ ቆ:ቭረለ: ርገብ:ኦ: ሥሬቶ: የማነ: አርዚH::

Aſachal Maſanaco Brale Regab O Sraza Iamana Arza
uva, Cithara, alabaſtrum, Columba, evge; ortus, dextera, Cedrus.

Explanatio metrica.

Quos Salomone fatos fert fama ſed irrita fama,
Æthiopes: vobis ſtet Salomona ſequi:
Cunctis litterulis, Salomon laudavit amica
nullis litterulis fat celebranda bona,
Et vos quod meruit, Noſtra nomen decus
litterulis quot habet nomen amate loqui.

Prima notat ſanctis turgentem dotibus uvam
littera, ſed Charitum plectra ſecunda notat.
Tertia Vas nardo completum: quarta ſimplex
et purum pectus, quale Columba gerit.
Viz aliquid dicet qua quinta eſt, praeter hoc: Cuge;
Cuge, dei quoniam ſerva fidelis eras.
Sexta renaſcentis confert cum lumine ſolis,
et Brinxi dextram ſeptima moeſta vocat.
Ima Cedrum ſparſo late virtutis honore
intima complexam cala ſuiſe monet.

XIII. De eodem.

Iamb:

Solitum ambroſia veſci chorum
magnos Deos! magnas Deas
gaudere menſis Æthiopum
finxere Vates: haec vides
Deum repoſtam ſedibus
dolente marito Ambroſiam
gaudere ſermone Æthiopum.

XIV.

Cabbala Gemarica.

ד. 10.	ו. 6.
ה. 5.	40. מ.
ה. 5.	2. ב.
	200. ר.
	6. ו.

ק. 100.	ס. 60.
	ל. 10.
ר. 200.	א. 1.
ה. 5.	ה. 5.
325.	325.

אַמְבְּרוֹסִיאָה

יֵשׁ הַקְּדָשָׁה

Dominicis est urbs.
Si non Hasnia, tamen
urbe.

Iva Domini fuerat sanctum mundo exule templum,
urbs illi fuerit nunc satis ampla Deus.
Urbe est, non urbem saltem tentorio liquit:
nam verbo Amramidis mansio nostra Deus.

(β) Kabbala Temura

אַמְבְּרוֹסִיאָה

אַבְרָם הָאַסְיוּ

Abramus Medicinam
Herba in Verbo.

Erigit Ambrosiam proprii vis nominis ægram,
quod sit Abramæo certa medela sinu.

cf. Kabbala Kasche theboth.

אִשָּׁה קְמָאוֹד בָּעוֹלָם רָדְתָה וְהִלְבִּישָׁהּ סָדִין יְהוָה אֶת אֶמֶת

sinceritatem amans Domini, sindone eam vestivit et eam accepit mundo in lumen Foeminam h.e. metrice.

Lumen erat mundo, Pater ergo Luminis aufert,
albâ candidulum sindone pectus ovet.

XV.

Proteus Anagrammaticus.

Iva sibi semper erat similis, si cogito Vitam,
mutari toties nomine Nostra potest.

Silicet haud uno fubridet gemma colore
et pingit vario liz meteora modo;
Plurima gignuntur dulci metagrammata voce,
quot dat litterulas, hac modo promo vice.

A, Abis Româ.

Ipse Deus jussit: Babylone exite redempti;
hac Babylon Roma est, Roma sed orbe caput.
Roma est Orbe caput, Roma quog similis orbis:
sat nostram Babylon, inde teneto Salem!

B, Arbi ambo.

Hactenus ardebam decora ambo, Deumg virumg
nunc mihi solus erit Virg Deusg Deus.

C, Is ob mara.

Nostra quid ad coelos? quid migrat Ebraus ad Elim?
ob Mara latices hic fugit, illa fugit.

D, Mori Saba.

Quid sit, quaeso, mori? terras est ire Sabaeas,
gens ubi trux fastu, thurifer est sed ager:
Sic formidandi veniunt cum morte dolores,
sed Paradisiacas, si pia, tradit opes.

E, Ibam Rosa.

Cum Rosa sim, mundus desertum, transferor illuc,
magna Saronis ubi stat rosa cincta rosis.

F, Si ob aram.
(: amica usg ad aram :)
ad Brunkium

Si per jussa dei, si lingvo Jemet ob aram
arag amicitia meta, dolere cave.

G, ama bis! ros.
ad Eundem.

Bis, me pastor, ama, si recte, pastor amabis:
viva tibi, fateor, plus sat amata fui,
Nunc et ama raptam: sed amas, si ponere lucrum
et forti gratis mente proire velis.
Plus remanet dempto: micam ambrosiae Deus auferet,
ambrosio verbi rore manente sacri.

8, Ambis. ora.
ad Lectorem.

Si par Ambrosia Lectori quæritur uxor,
Oret: non aliter tam bona costa venit.

XVI.

De Cognomine Michaelsen.

Iam satis humanis cæli hæres viveras oris
jam Civem expectant regna superna satis.
Præsago Nostram genii de nomine dictam
angelicos decuit mane venire choros.

XVII. de eodem.

Purgarat cælum ringente dracone Michaël
cumq. suo in terras milite trusit eum.
Degeret infectis quæ dicta Michaëlia terris?
terras relinquat cælaq. tuta volet.

XVIII.

De Conjugalis ævi spatio,
XVII annis.

Quo vixit spatio Iacob cum prole Rachelis
incola Neliaci, Rege volente, soli,
BRINKI hoc Vestra Rachel vobiscum tempore vixit,
tot dulces annos Te vocitante dies.
Tu Iosephus eras curâ, Iosephus amore,
mundus at Ægyptus, patria quâ sit Abram.

XIX.

De ætate.

Triginta eminuit quinq. ulnas, cincta corollis
templi conspicuum, bina columna, decus.
Tot superest annos non infima gloria sæcli
perq. suam, Christum, firma columna petram,
Cum Deus æthereo jussit se sistere templo,
istic justitiæ quanta corona manet!

XX. de eadem.

Quam longæ fruitur pius Asas munere pacis,
tam longa Ambrosiæ bella fuere piæ.

XXI.

De eadem.

Sceptra paterna petit tot natus Iosaphat annos,
quot nata Hac regnum gestit adire Dei.

XXII.

35.
35.

70.

Dat decies septem Moses mortalibus annos,
Octo seb in summum stamina ducta vocat.
Ergo dimidium Nostra Deus abstulit ævo,
cujus ait causam, qui prius illud ait.
Optima quæque dies nor est mærorq' laborq':
tamne pia luctus dimidium fat erat?

XXIIII.

Vaticinium ex numeris anni emortualis.

REDDet poLo DeLICIas BrInKIVs.

M DCCIX.

De Calo venisse Tuam sua nomina dicunt,
quôque annô calos tenderet, annus ait.
Quid, quod fata Tua numeris sint dicta, notabit?
hoc: numerus lacrijmis fata dolentis erit.
Fatum erat; et fato fas nullum justius illo
REDDENDAM KUSZO, VENERATIONE, POZO.

XXIV.

De Causa Mortis. Cant: 5, v. 8.

Qui Desiderium dicunt necvisse Beatam,
vera quidem dicunt, si modo vera putant.
Non desiderium, velute ferd fama, Mariti,
sed Desiderium, Sesule sponse, Tui.

XXV.

Cur Marito redeunte obieris?

Qua sibi per totum mores, Bone, gesserat avum,
gesit ad extremum: dum redis, illa redit.

Incolumi cum Rege videt Te patria, Nostram
patria sanctorum Regis et aula Dei.

XXVI.

Cur Mundus Ambrosiam non redimuerit?
ex lingva Russica

МИРЪ МІРЪ МУРЪ.

Mĭr. Mir. Myr.
pax, Mundus, myrrha.
metricè.

Russus habet causam, cur tam properavit abire
mundoque cur mundum liquerit AMBROSIA;
Ut Russo leviter pax, mundus, myrrhaque distant,
sic myrrham pacem munde dature dabas.
Quid nunc ambrosiæ cum myrrha? pacis amanti
quam non munde dabas, tecta superna dabunt.

XXVII.

De mortis commodis
ex eadem lingva.

НЕБО. נְבוֹ

Nĕbo. Nĕbo.

Quid fers munde mali, Russo percepimus ore,
dicat et is, possit quid dare Parca boni.
Monte Nebo Moses naturæ debita solvit,
Roxanis placuit dicere Cœla Nebo:
Scilicet ad Cœlos nos mortis semita ducit,
monsque Nebo ad Canaan, quo super astra jacet.

XXVIII.

De liberis relictis IX.

BRINCHIA tot moriens Gnatos sine matre reliquit,
quot moriens Iudæ Dux sine Dote tribus.

Pinguia distribuit Iosva his nihilominus arva,
largior illorum Iosva erit ipse Deus.

.XXIX.

De appendice ætatis
VIII mens: IV. dieb:

Octava primus properabat pentadis annus,
maxima quem totum spes superesse fuit;
Sat quarta Charis menses bis quatuor anni
quatuor et noni mensis adesse dies:
Sic prope decursum libet haud absolvere campum,
nec sequitur solis BRINKIA luna vias.
Quæritur impleri sextum cur noluit annum,
pergere cur meta plaustra propinqua Deus?
Teste Marone Deus numero magis impare gaudet,
cumque suis properat, teste Philone, piis.

.XXX.

Observatio è die sepulcrali.

Nocte pluit totâ, ridet lux tota diurna
cum solenne capit Phillidis ossa solum:
Sotas Vir noctes lacrimarum prodigit imbre,
lætitiâ æternos transigit Illa dies.

.XXXI.

De statu Patriæ post
egressum Beatæ.

Ex quo Nostra vale male fido dixerat Orbi,
pestem, bella, famem Norica Regna timent:
En! cur non voluit superesse diutius Illam,
qui venturo amissum colligit imbre, Deus.

.XXXII.

De textu Concionis, quam primam
post suum Reditum et sua Obitum ha-
buit BRINKIUS. Marc: 7. v. 31 ad f: —

Evando aperit Christus lingvamqve aüremq miſelli,
Os aperis ΒΛΙΝΧΥ! textus hic omen habet.
Istic Immanüel claves Vibrad aüris et oris,
ſed Tua Cùm claves mortis habere docet.
Digeris hoc mültùm, natüra pandere claüſtra;
mültùm ünô verbô Verba ſonümq dare,
Plus, donaſſe Tüo, qva nülla acceperit aüris,
hümana angelicîs ora replere modîs.

XXXIII.

De eodem è V: 37.

Omnia, qva fecit, bene ſi Deüs omnia fecit,
Cùm Tüa defecit, fecit et Ille bene.

XXXIV.

Parodia Theocritei Epigramatis
de Capella abrepta.

Theocrit: Epigr: 6. ed: Crisp.

Ἀ δειλαίε τω θυέρε, τί τό πλέον ἐι καταταζεῖς
δάκρυσι δυσλήνους ὤπαν ὀδυρομενος;
Ὄιχεται ἀχίμαρος τὸ καλὸν τέκας· οἴχετ' ἐς ἄδαν.
Τραχὺς γὰς χαλαῖς ἁρπεπιάζε λύκος.
Αἱ δὲ κύνες κλαγγεῦνται· τί τό πλέον, ἄνυκα τήνας
ὄστεον οὐ δὲ τέφρα λείπεται οἰχομένας

Parodia.

Ἀ θάφραν Ἔσραζεε, τί τό πλέον ἐι καλαλαζεῖς
δάκρυσι τοὺς Φύλακας τ' ὤπας ὀδυρομενος;
Οἰχεται ἀ μὲν ὄις τὸ καλὸν τέλος εἰς παράδεισον.
παυλοκεάλως ποιμὴν ἁρπεπιάζεν ὄιν.
Οὐράνιοι κλαίγεῦνται· τί τό πλέον, ἄνυκα τήνας
Ψυχὴν καὶ γενεὰν λείπομεν οἰχομένας.

Parodia Versio.

Quid charos ovibüs, prüdens o! paſtor, ocellos
ſpemque gregis falſo condere rore jüvat?
Abstülit, elüſüs tamen intülit optima campis
dextra Dei, raptam qvam lacrimaris ovem.
Inclamant ſuperi: fatis estne relinqvere Vestra
et famam et ſoboleṁ: mens ſine cæla petat

XXXV.

De menſe Augüſti

Beata fatali; Aütoris natali.

O mens digna Deo! quò cælum mente petebas,
dura mihi tellus hôc adeunda fuit:
Scilicet excelso quàm tellus distat Olympo
tam dystant meritis Carmina nostra Suis.

APPENDIX.

Continens

BIBLIA BRINKIANA.

vel

Introductionem totius sacri Codicis

ad

CONSOLANDUM SACERDOTEM VIDUUM.

Rom: XV. 4.

Ὅσα προεγράφη, προεγράφη, ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς
καὶ τῆς παρακλήσεως γραφῶν τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν.

TOMUS PRIOR.

BIBLIORUM BRINKIANORUM.

Genesis. Memento quod plerique Patriarchæ uxores extulerint. sed penes Patriarchas olim Sacerdotium. An tu major Patre Abraha. imo? an tu major Patre Jacobo? quorum ille Saram, hic Rachelem luget.

Exodus. Educturus Israelem fidelis ille in Dei domo servus uxorem ad patriam remisit, non amisit, inventam quippe in via ad Cnaanem. scis quid velim.

Leviticus. Noluit qui Sanctus est, Sacerdotum suorum corpora inquinari super eorum funere. Si non Corpora Leviticorum, quanto minus animos Apostolorum

Numeri. Qui aridum Aronis Baculum una reddidit nocte fructiferum, parcine facilitate? Omnipotenti cogita Te servire? Tuam Stavrensis Eleazar familiam uxoris licet excessu afflictam et exsiccam renovabit, jusserus Occulto crescere evo.

Deuteronomium. Involarunt in Te sevi fateor adversarii, hinc mors, illinc solitudo, hinc dolor ob ereptam uxorem, illinc Cura pro orbata domo. sed solare Teipsum Sacerdos, quo Sacerdotes solari alios ad bella iturros jubebantur: Audi Israël, vos procedetis hodie in prelium contra hostes vestros: ne mollescat cor vestrum, ne timete, neq trepidate, neq exposcite metu eorum. Nam Jehova Deus vester ambulat vobiscum, proeliando pro vobis contra hostes Vestros ad servandum vos.

Josua. Primi Sacerdotes Pedes Jordanis proluebant. Sed nonne flumen Acabala h. e. Luctus salubrius est omnibus Israëlis aquis? afflictio enim patientiam, patientia probationem, probatio spem efficit; Cum Sacerdos sis, cum aqua salubris sit, cur inire detrectas? fateor ut Jordanis aqua Sacerdotum pedibus tacta dehiscebant, sic hoc casu Tuam, qua refrigerantis aqua vicem profabat, à Te divulsam. at anne animum subit vox domini tui? Meus es: quum transis per aquas, tibi adsum, et per flumina, ne inundent te.

Judicum. Nonne Debora Prophetissa fuit vidua? et forte tum demum prophetissa et debora h. e. eloquens, cum vidua? ex quo caruit Lapidotha, ipsa incepit esse Israëlis Lapidoth h. e. lampas.

Ruth. Viduitatis occasionem debet Genealogia Christi; non nupsisset Ruth Boazo, nisi exulsisset Machlonem. Quod tulit Angelus foederis in sua genealogia, cur non ferret Angelus pacis in sua domo?

1. Samuel: Tota perit Abjatharis familia, licet Sacerdotis, ad compensatur jactura propinquitatis incremento honoris, vivit cum Rege ex quo vivit sine suis.

2. Samuel: Licet exultet David h. e. dilectus, jubentur tamen Sacerdotes manere solijmis in pace, quippe videntes. Si Tua Domina h. e. dilecta è mundo abiveret, sibi nihilominus fortis et pace Jesu Confortato animo in sacro pergendum est munere.

1. Reg: Habitabant Sacerdotes Anathothæ urbe jam à Josua tempore ipsis concessa. dicta autem illa urbo ab Ana quod tam respondere quam affligere denotat, ut intelligatur Sacerdotis esse non saltem dei nomine responsa dare, sed et afflictionum quasvis exemplari animi robore excipere.

II. Reg: Fuerat Prophetæ filius Elisæi tempore, et Elisæi ipsius testimonio Deum timens, sed fuerat: mortuus est et relicta quidem in re angusta uxore. sed recepit idem prophetæ familiam qui accepit prophetæ animam. Cogita, si tam deo cara prophetæ mortui familia viro orbata, quando magis prophetæ vivi familia uxore saltem orbata. Non magis hic quam illic deerit Oleum, vel affluentia in Tua Domo, vel Solatii in tuo pectore.

I. Paral: Ne dixeris, Deum aliquid mali in domum tuam intulisse, cum mortem intulerit. audi privilegium ministrorum dei, et dum audis gaude: Prophetas meos ne afflicite male, faceretne deus quod alios facere vetuit?

2. Par: Septies in hoc Libro fit mentio Filiorum Aronis, demonstraturq; ipsorum successio ad deportationem usq. primos tamen Aronis filios Nadab dico et Abihu, occiderat Deus. Conside qui electi sacerdotii ministri es sacerdotis. non magis mors uxoris familiæ Tuæ incrementa impediet, quam filiorum Aronica. Ergo Tu hic, ut Aron istic, tace. Et tacuit Aron: tolerabilior certe est mortis, quam duorum primogenitorum jamq; Deo ministrantium amissio.

Esra. Confer Tua mala cum adversitatibus Esræ sacerdotis et scribæ, aliquam superes Chari! et ubi contuleris Tuam sortem protuleris.

Nehem: Levitarum portionum nihil plane alicui quondiu datum erat teste Nehemia, sed redditæ sunt eodem Vindice. Ademta Tibi est o Levita, quam è terrenis portionem vocabas, sed ademit ille de quo Tu cum David profiteris. Portio Tua es mei cordis æternum. sed et altera illa portio redderetur ἐν χρόνῳ ἀποκαλάσεως πάντων. Quandiu autem illa carebis, non carebis deliciis, quæ restituebantur Nehemiæ Levitis, frumento inquam vel sustentandæ honestæ vitæ adminiculis, mistæ cœlestis lætitiæ, oleo honoris balsamico.

Ester: Et me discet, quod dei populi afflictus sit insignis alicujus exaltationis prænuncia. an aliter Deus cum suis æconomo quàm cum suo populo ageret?

Iob. Ecce eruditebas multos et manus remissas confirmabas: labantem confirmabant sermones Tui, et corroborabas genua se incurvantia. Quum autem hoc evenit Tibi defetisceris? quum attingit te perturbaris?

Psalm: Gratulare Tibi quod nunc demum impleveris omnia, quæ à domus Dei inhabitatore poscit David, scilicet non saltem Deum summe laudare, sed et per vallem mori vel: ut alii verbum: per vallem fletus transire. scias et tamen ex eodem, benedictionum pluviam in tam molesta via Tibi imminere.

Prov: Filius es sapientiæ, audi ergo quomodo te alloquatur: Castigationem Jehova fili mi! ne spernito; neq; tædeat te correctionis ejus; Nam quem diligit Jehova, corrigit, et quidem ut Pater Filium, ait bene vult.

Eccles: Cum Ecclesiastes sis, aliter ac Ecclesiastes sentire non potes; sic autem ille: Animus sapientum in loco luctus, animus autem stolidi, in loco lætitiæ.

C.

Cant: Uxor tua marita erat, erat Tesu Sponsa, Sponsa benignissime, cui servis, Domini. Ejus antequam tua; ex quo non amplius Tua, æternum ejus. hoc vocante Tu revelineres? quin ab exitem gradulatoria ed triumphali sequere revoce. A Libano o Sponsa, à Libano, à vertice Amani, à vertice Schenir et Chermonis, è lustris Leonum, è montibus pardorum.

Esa: Quid Te prædicare jussit vox Æterni Satoris? prædica omnem carnem esse gramen etiam omnem benignitatem ejus similem flori agri, solo Dei verbo, cujus minister es, æternum manente. Cui omnem carnem exarescere divino jussu prædicas, eam qua Tecum una caro fuerat excipere non potes. ergo quod aliis prædicas, prædica Tibi ipse.

Ierem: Non planxit totius sui populi uberitim monente sic deo Jeremias, quanto fortiorem te esse decuerit, unica licet, una tamen ed sola conjuge orbum. Ne ito, ait Deus, ad plangendum.

Lament: Quod sufficit Prophetæ, vacua tota patria, solatium Tibine va? cui saltem thoro sufficeret? illud ajo: Pars mea Jehova est, ait anima mea, propterea spero in eo: bene est ed speranti ed acquiescenti in salute Jehovæ.

Ezech: Innotuit Ezechielis vidui patientia, quam ille in signum futura calamitatis exhibuit, Tu in exemplum Christiana magnanimitatis exhibe. Dictum tibi æque ac Ezechieli: Te Speculatorem dedi domui Israel; crede et hoc tibi æque ac Ezechieli dictum: Ecce ego tollo à te desiderium oculorum Tuorum plaga: sed ne plangito neq; fleto neq; proferendo lacrimas tua, Clamare desisse, morbi orum luctum ne facito tiaram tuam alliga Tibi: ed calceos tuos apponito pedibus tuis: neq; obvelato mystacem, ed cibum illorum s. lugubrem sc: ne comedito.

Daniel. Stella eris quondam s. justificantes multos splendebunt ut Stellæ: Sed ed nunc stella es s. vos estis Lux mundi: Si stella, quid nocebit, quod familiæ Lucernam deus amoverit? sc stellæ, maxime noctu micabis. et nunc tenebræ ingruunt. Si stella splendeat Lux tua serenis patientiæ radiis, gemitus ed lacrimas prodit inde dissipandis, ut videntes homines bona Tua opera glorificent Patrem tuum, etiam te præeunde Patrem cum castigandem.

Hoseas. Non est servus supra dominium suum. Sed dominus tuus per me queribus gentem Judaicam non esse suam amplius Uxorem. quidquod æquius agad te, cum dominus, quam cum domino Lot: Uxor domini fecerit revocante licet domino, tua abiit evocante domino; illa ad peccatum, hæc ad salutem; illa Idololatricum ad Baalem, Tua ad idem, cui ipse ministras Numen; quamvis illi frumentum, mustum, oleum, argentum Deus dederit, Tua tu quod dedisti è manu dei dederis.

Joel. Sacerdotes servi dei lugent abesse à domo dei oblationes, Tu è domo propria agnum s. Rachelem: abesse luges. Tuum malum sacerdotalibus qui dem lacrimis minus est. In dei causa non in tua lugendum est Tibi, qui dei es non tuus.

Amos. Non est malum in civitate, nisi id faciat Dominus: non facit malum Dominus, nisi prius id dicant Domini servi. Tu ergo, cujus est tot mala mundo ex ore Domini prædicere, cur ad tantillum mali propria in domo torperes, præcipue cum te scias servum esse ejus, qui hoc Domine fecit malum?

Obad: Erunt novi fœderis ministri Salvadores, qui salvas cum Timotheo alios et teipsum, cum eodem Timotheo da operam patientiæ.

Jon: Sam te pœnitet ablati è tuo tugurio ricini, pro quo tamen non laborasti, deus momento creavit, et brevi idem exscindit deus. Si tanta tibi aliena cura muneris, nonne deo major erat cura tui, in quo Spiritus Sanctus tot cum donis habitat? nonne tua familia, in qua dextra sinistræ ignari aluntur? Num jure te dolet Propheta?

Mich: Dilecta Deo Xion, pro qua ut Paulus, magnâ teneris zelotypiâ, cum surrexero, ait, surgam. Scis et tuam, quam Emblema Ecclesiæ castus fecerat amor, licet cecideris, surrecturam, cecidisse in infirmitate, surrecturam in gloria.

Nah: Unde tibi consolatores quorum, ait Nahumus: sed et ipsum Nahumi nomen consolationem indicat, et ipse Nahumus consolatorem agebat; nam Βαρνάβας ἐστιν υἱὸς παρακλήσεως, et filius Prophetæ est filius Consolationis. Eli בֶּן נָחוּם, unde tibi consolatores quorum? unde nisi à te ipso: si propheta es, Nahum es; si Consolator aliorum quanto magis tui? dic ergo cum Nahumo Nahume: bonus est Jehova, robori est tempore angustiæ. Cogita simul quid de te prior Nahumus dixerit; pedes Evangelizantis super montibus: hic: locis asperis, calamitatis symbolis: constituendos.

Chabakk: Audi quid tuus in Domino quondam Cooperator dixerit, et, quod audis, animose repete: Quamvis ficus non efloreat: florus conjugalis defecerit: nullus sit in vitibus proventus: non amplius delicias dulcis, prima conjux faciat: Reliquerit ficus dulcedinem et grados fructibus, contra ac olim per Jothamum promisit. Carcam tantis per davidico pietatis promo, fructifera ad latera domus Vitæ. Ego tamen in Jehova exultabo, gestiam in deo salutis meæ; dominus robur meum est: licet nunc costâ carear: disponet pedes meos ut cervarum: licet cerva amorum aufugerit:

Sephan: Prophanata rei sancta sacerdotes iratus postulat Jehova. Sancta tua sunt ora, cœlestis quippe veritatis promi condi: cur querelis prophanares? Sancti tui sunt oculi, divini quippe voluminis lectioni consecrati: cur lacrimis prophanares? sancta tua sunt pectora, quorum quippe meditationem nocti pariter ac diei divina sibi lex vindicat: cur gemitibus prophanares et curis?

Chagg: die illo, quo commotûrus sum cælos et terram, assumam te Zerubbabel
serve mi, dilectum Jehova, ponamq; te ut annulum signatorium, quia
te elegi, dictum Jehova exercituum. Te at optime δοῦλον κυρίου
alia vocat scriptura, etiam Zerubbabelem h.e: Ecclesia ut ille templi
ædificatorem, θεοῦ ἀγγελον, alio: Ex die illo quo tuam deus
contovit, non subvertit domum, peculiari te favore assumet, ponet q
te ut annulum, è quo licet pretiosa te plangente gemma ceciderit
tam arte te tamen in viscerib⁹ deus tenebit, quam areta digitus an
nulum retinet; sed ut rotunditas est annulus et una per totum
circulum gaudet facie, sic te adversis immotum, asperа tunedem
forte ac læta monstrabis.

Zecarj. Prædictum est, levi domum sub novo fœdere transfixi causa ut
primogeniti amarè plancturam. Christiane levita ad averte oculos
rem plus quam olim tuam levita ex Ephraim amicam, non impendet
deus tamen tam dilecta funeri planctus, quippe quem soli Ἐφραὶμ ἐξ
ὀρεινῶν deberi audis.

Malac. Sacerdos est Angelus Domini Zebaoth, sicut et Angelus alibi se vo
cat ministrorum θεοῦ. Jedecce nunc Angelus pacis flet a
marè, quia desiit amare: at quoniam Angelus ne fleat; angeli in
gis sui bene placito per omnia acquiescunt, de quo et tu maturando
ipse pedis, quoties petis: Fiat Voluntas tua sicut in Cœlo, sic in terra.
fiat! Jecce nunc facta est. vocem quâ undequaq; ipse concione populo
clo prais, cur nunc recantares?

TOMUS POSTERIOR

BIBLIORUM BRINKIANORUM.

Matth: Sal es terræ. ad quis sal macerabitur et consistentiam perdit. salsa
rum lacrimarum desine, sal ne esse desinas. quin si Dolor est os,
sium putredo, quid sali cum putredine, quam arcet? sed si eveniat
ut sal infatuetur, ad nullam rem valet.

Marc: Qui reliquerit uxorem propter Christi Euangelium, centuplum hic et in
futuro mundo recipiet. Quid quereris Jesu discipule, qui volente quidem
fatalitatis lege eam amiseris, quam propter Christum relinquere debebas?
gaude potius aliquid Apostolo conveniens, tibi etiam accendisse, nam par
ticulam terrenæ ademit deus voluptatis, ut liberius posthac Christo
vacares, ἀγαμος περιεπνῶν τὰ τοῦ κυρίου πῶς ἀρέσει τῷ κυρίῳ.
ndle. si nihil aliud tibi Christus fecit, quam quod tu ipse propter
Christum faceres, exulta vide propter hoc ipsum, quod sis viduus, et
cogita non tam illam, cum qua unum eras in terris, quam centuplum illud illic.

Luc: Memineritis uxoris Lothi, dictum est salutis incuriosis: sed et Tu, qui Col-
lega es Lothi, praeco quippe Justitiæ, memento uxoris Lothi, cujus malo
tua levalis adversa, quam Tu pro illo beatus! Ille morientem in obedientia
morientem sine prole masculâ bonis amissis amisit: Tu tuam in fide Jesu
relictis uxoris & vitalis decedentem, salvis cæteroquin rebus. Sit Lothi uxor
Columna salis, Tuos virtus æternaturam meruit columnam marmoris.

Joh: Cujus se Johannis Evangelista nuptias, in quibus aquam in vinum conver-
tit Christus, falsò quidam æstimarunt: sed hoc puta veris simium vidua-
tati cujusvis sui Evangelista sic a futurum Christum, ut sibi dictum
credat: Convivatio vestra in gaudium convertetur.

Actor: Gaudebat Aquila Priscillam sociam thori esse sociam laboris in domino
quæ in adjutorium à domino data erat, jam in parandis Domino viis
esse adjutricem, nec jam amplius in telis conficiendis, sed telis aranea-
rum dissipandis occupatam. Tua et Ambrosia societas non sublata
est, saltem mutata imo aucta: Tu salutem hominum promoves in reg-
no militante, Illa pro salute grates solvit in regno triumphante
quo Jesu vulnera Tu monstras, Illa veneratur. Quam suavem mihi vide-
or audire harmoniam: Te Kyrie Eleyson in terra prosante, Illa
cum Seraphico Choro Alleluia seu Antiphoniam accinente.

Rom: Pro suis fratribus et secundum carnem cognatis cupit Paulus esse anæ-
dema, modo ad salutis viam suos sua dispendio salutis trahere posset;
Pauli Commilito, none pro uxore tua, quo una tecum erat caro, paululum
doloris sufferres et incomodi, dum illa plenam salutis hæreditatem adire queat?

1Cor: Propone tibi iterum Paulum, et depones æternum luctum: lege ejus
mala et non luges amplius tua, nisi tolerabiliùs existimes, es se morti
addictum, quàm à morsu relictum; Spectaculum fieri mundo et Ange-
lis et hominibus, quàm dulce Oculorum spectalum amittere, quæ ha-
minum erat delicia, nunc angelorum esse delicias animadvertere;
carere cibo et potu, quàm carere cum quâ edas et bibas; colaphis cædi,
quàm paterna dei manu corripi; incertis errare sedibus, quàm orbas conju-
ge habitare sedes; cum tanto minores se quàm illum premant adver-
sitates, et spectatur à se ad minimum illius ANEXOMEΘA.

2Cor: Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῶν
οἰκτιρμῶν καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως. ὁ παρακαλῶν ἡμᾶς ἐπὶ
πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν, εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς παρακαλεῖν τοὺς ἐν πάσῃ
θλίψει, διὰ τῆς παρακλήσεως ἧς παρακαλούμεθα αὐτοὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

Gal: Absit ut glorier nisi in Cruce domini nostri Jesu Christi, per quem mun-
dus mihi crucifixus est, et ego mundo. Sic Paulus, cujus cum cooperari
fis cum Urbano, fis et ἰσόψυχος cum Timotheo. At si non nisi in Cruce
Christi gloriaris, ob funus uxoris non lacrymaberis, nam non gloriamur

propter id possessum, propter quod amissum non lacrijmamur: si mundo crucifixus est, non magis te movet hijor urgente morte gradum cupieris exlans animam, quam crucifixum Jesum mater gladio animam saucia ta.

Ephes. Zogavit Paulus Deum, ne ob ejus tribulationes deficerent Ephesij, quibus ipsis gloria cedebant. Cur nunc Paulus ipse ob tribulationem deficeret, qui de ipsi gloria? nam ut ministerium facit se dei servum, sic afflictio dei filium: filium quem diligit, affligit:; Paulus est Legatus dei in vinculis sed hostilibus, minus malum, si Legatus dei solvatur vinculis licet amabilibus.

Phil. Nullibi Paulus etiam magis pressus tot relictorum fratrum, tot benjamitarum desiderio angitur, soli quos desiderat, sunt in Christo fratres ejus, tueri olim filii dextra; Deus, ait: est testis quantopere cupiam vos omnes in visceribus Jesu Christi. Prosta se dignum Principio! unica saltem pericula amica, copiosissima restat Tuo ab ore pendentium fidelium congregatio; cum desint illius Brachia sufficiant hujus pectora. compensa concijgis desiderium tot spiritualium filiorum prosantia.

Coloss. Pro Colossensibus magno servet zelo, assiduis certat precibus servus Christi Epaphras; volente tamen deo suis, Colossensis enim erat, caret Colossensibus. Zelum, observe Christi, nomen tuum, Ephrus: significat, quando mensuram nominis agnoscentibus omnibus bonis implet; Colosso nunc familiæ orbatus, quid agis? tot age pro Tua liberatione grates, quot ille pro suorum conservatione preces, gaudeo nunc tandem tuam esse quales suos cupiebat Epaphras scilicet ΤΕΛΕΙΑΝ.

1 Sessal. Vis nolis cum Paulo Auditores λυπεῖσθαι περὶ τῶν κεκοιμημένων καθὼς καὶ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα, nolis et te ipsum λυπεῖσθαι περὶ τῆς κεκοιμημένης καθὼς καὶ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες δόξαν. non magis decet Præconem in luctu se gerere ut plebeium, quam Christianum Ethnico succumbere dolori.

2 Sessal. Gloriabatur Paulus Colossensium tolerantiâ apud reliquas Ecclesias hac et tuâ tolerantiâ apud reliquas Ecclesias Tua glorietur Ecclesia.

1 Tim. Εἰ τὶς τοῦ ἰδίου οἴκου προστῆναι οὐκ οἶδε, πῶς ἐκκλησίας Θεοῦ ἐπιμελήσεται; Velut; inverto quæstionem: Qui tam proficue ecclesiæ patientiam procurat, quomodo sibi ipsi et suæ domui patientiam non persuaderet?

2 Tim. Te vocat Ecclesia ONESIPHORUM ratione nominis, cum dei Vineæ multum ὄνησις l: utilitatis Tui attulerint labores; Te vocat Westenium ONESIPHORUM ratione benevolentiæ, cum licet Paulum inter et illum idem interfit quod malum inter et arbores silva, tantis tamen illum quantis Paulum ONESIPHORUS cumulaverit beneficiis. Solare te nunc corripiente sub dei manu remineratore dei gratiâ, mala patiens benefactis, exspectans tam certe Complementum voti, quod pro

ONESIPHORO fecit Paulus, quam lubenter Te ONESIPHARUM erga non-Paulum præstitisti.

Ecce Parallelismum.

Δώη ἔλεος ὁ κύριος τῷ Ὀνησιφόρου οἴκῳ. ὅτι πολλάκις με ἀνέψυξε, καὶ τὴν ἁλυσίν μου οὐκ ἐπηισχύνθη. Ἀλλὰ γενόμενος ἐν Ῥώμῃ, σπουδαιοτέρως ἐζήτησέ με, καὶ εὗρε. Δώη αὐτῷ ὁ κύριος εὑρεῖν ἔλεος παρὰ κυρίου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, καὶ ὅσα ἐν Ἐφέσῳ διηκόνησε, βέλτιον σὺ γινώσκεις.

Δώη ἔλεος ὁ κύριος τῇ Βεννακίου οἰκίᾳ, ὅτι πολλάκις με ἀνέψυξε, καὶ τὴν ἀθυμίαν μου οὐκ ἐπησχύνθη. Ἀλλὰ γενόμενος ἐν Ῥώμῃ σπουδαιοτέρως ἐζήτησέ με ἐνεργῶς καὶ εὗρε. Δώη αὐτῷ κύριος εὑρεῖν ἔλεος παρὰ κυρίου ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, καὶ ὅσα ἐν Ἀθήναις ἐνεργέστερον ἐπέστατο, βέλτιον ὁ Θεὸς γινώσκει.

Sit: Erigit epistola ad vitium à pastore, ut lubenter domum comodet, sed si oportet dei ministrum peregrino filiæ domûs usum permittere, quando magis cælestis regiæ delicias et Paradisiaca domûs gaudia proprio non invidere uxori.

Phil: Philemon es, quoties enim τὰ στιγμάτα τοῦ ἁγίου διὰ σοῦ ἀναπαύεται! cogita ergo de Filia rapta, quod Philemon de filii Onesimi absentia cogitare monetur. Διὰ τοῦτο ἐχωρίσθη πρὸς ὥραν, ἵνα αἰώνιον ἀπολάβῃς, οὐκέτι ὡς δοῦλον ἀλλὰ ὑπὲρ δοῦλον, ἀδελφὸν ἀγαπητόν, μάλιστα ἐμοὶ πόσῳ δὲ μᾶλλον σοὶ καὶ ἐν σαρκὶ καὶ ἐν κυρίῳ; Εἰ δέ τι ἐπεζημίωσέ σε ἢ τῇ ἐμῇ ἐπιτρέψει, ἐμοὶ ἐλλόγει.

Hebr: Οὐκ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, πεπειρασμένον δὲ κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα χωρὶς ἁμαρτίας. Si quis objeceret Christum Viduitatem non fuisse expertum, dicat quæso, Satne misera Viduitas reliqui in adolescentia à nutritio, in persecutione ab amicis, in agone à deo? nescio an hoc meditatio Sacerdotes viduos magis erigat an admoneat, cum hinc constet, summum eorum Sacerdotem et fuisse καλὰ χειρὶ πεπειρασμένον, id quod admonet, et fore τῇ χειρὶ συμπαθοῦντα, id quod erigit. ut jam id non dicam quod veluti Pater postulaverit pontificem per omnia suis cum fratribus tentatum, sic et delectetur pontifex Ministris per omnia suis cum auditoribus tentatis; quis aptius quàm Vidua Viduum solaretur? Non ignare mali miseris succurrere disces.

Jac: Τὴν ὑπομονὴν Ἰὼβ ἠκούσατε καὶ τὸ τέλος κυρίου εἴδετε, ὅτι πολύσπλαγχνός ἐστιν ὁ κύριος καὶ οἰκτίρμων. Solum non in signi sive solatio quilibet respiciunt afflicti, verum cum ea eorum oculus, ut ipse ait vel Propheta, ut Augustinus vocat, noster fuerit, in primis eos qui pari cum ipsa jungantur munere, tum illustri divinæ commiserationis documento coquentes levare curas decuerit. Te ergo BASILIDE compellat Jacobus. Audivisti imo audiverunt sæpe Tuo ex ore alii

Sobi patientiam : ille omnia amisit salva quidem uxore, sed qua superstes plus negotii et doloris quam tota jactura constanti faciebat animo ; tua omnia salva, sola uxore amissa, sapienti fatear sed quo domi tot vivas sui imagines reliquit, cum ille liberis amissis uxorem vivam magis deflere posset. Quanto tibi major pro illo incumbit exclamandi necessitas, dedisse deum, deum abstulisse, hinc unde laudandum. Vidisti finem domini, et videbis ; vidisti datam Sobo aliam uxorem, alios liberos : videbis in cælo reddendam tibi eandem quidem, sed non jam uxorem, quin respectu gloriæ ut aliam ; videbis, quos peperit dei castigatio, liberos tam charos fore et in deliciis septentrioni, quam Sobi filiæ orienti.

1 Petr. Cum Petro oves pascas ex mandato Christi, quod in ovibus invenit Petrus, quo modo in Te, ut pastore, desideraret Christus, scilicet ἀναλυσιν λυπηρὰν ἐν πολλοῖς πειρασμοῖς : Te tua intervenient morte reliquit, Petrus suam interveniente martyrio, si Clementi credimus : erigat Te, quo exerit uxorem Petrus, ἀναμνησις τοῦ κυρίου, vel si aliquid ex hac Epistola malis, ἐπὶς χω δὲ ἀναστάσεως Ἰησοῦ χριστοῦ ἐκ νεκρῶν εἰς κληρονομίαν ἄφθαρτον καὶ ἀμίαντον τετηρημένην εἰς ἡμᾶς ἐν οὐρανοῖς.

2 Pet. Non dubium est, quin in confirmationem Evangelicæ quæ Te propagatore vocat, veritatis montanam Jesu glorificationem sæpe tibi ante oculos ait Petro proponas ; sed tantam velati majestatem remoto in monte procul a auditoribus, a plerisq condiscipulis, conspexit Petrus ; sic præcipue tibi gratum sit hac in solitudine tam dulcis revovare memoriam historiæ. Fuit solus Petro Christus, absentibus ab initio glorificationis comilitonibus Judæa, aufugientibus in fine glorificationis conservis è cælo : audi sextorem ἀναδεξει αὐτοὺς καὶ ἰδίαν. Iterum, οὐδένα εἶδον, εἰ μὴ τὸν Ἰησοῦν μονον. nihilominus Petro καλὸν ἦν δε εἶναι. desideres ; cum ad sanctum tibi eundum est montem, desideres ad latus sororem ut Petrus fratrem ; aufugerit tuis ab amplexibus ad beatas, ubi Enoch et Elias habitant sedes Ambrosia ; remanet Jesus cujus foliis comitatum sufficere toties ipse fateris, quoties deo planeis intonas, dominus vobiscum.

1 Joh. Scimus, ait Johannes ; sed tu Johannis conservus ; scimus ὅτι ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται : si id fateris, negare non potes, Tuam diu è mundo abreptam, è malo ereptam ; sed si id non negas, quid restat nisi ut, Ea dum Temet valere jubet, ipse plaudas.

2 Joh. Electam salutans dominam Johannes Presbyter, suum ejus desiderium solatur ἐλπίζων ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς καὶ στόμα πρὸς στόμα λαλῆσαι, ἵνα ἡ χαρὰ ἡμῶν πεπληρωμένη. Si tua, Matrone sis Presbyter, domina ; ita Johannem conjugem vocabant ; ad electorum mansiones evocata ad tempus car

«bis, sperans Te ad eam venturum, parce lacrijmis, ut Johannes atramento.

3. Joh. Non habet Johannes majus gaudium, quam ut audiat in veritate suos ambula«re filios: ab ista tamen veritate declinare poterant. Sed num tu majus ha«beres gaudium, quam ut scias thori sociam in ista ambulare veritatis justi«tia, unde excidere nequeat, indutam sindona, quam nulla orci fraus detraxerit.

Jud. Jude Apostolo major est titulus, esse Jesu Christi servum, quam Jacobi fra«trem. Illum huic proponit. Sufficiat tibi, Apostolorum successor, vivere dum vivis Jesu Christi servum, licet non amplius Jacobum h. e: dilectissimo ma«ritum Rachelis; sed si servum Te esse Jesu gloriaris, ne doleas accedere tibi quod accidit tuo domino. hic de Lazaro, quem quam amaverit lacrijmis testatus est queritur, ὁ Κύριος ἡμῶν κεκοίμηται, tua amicissima evolavit: sed et quod Jesu discipuli inquiebant de Lazaro, Tu de tua certe affirmare po«tes, εἰ κεκοίμηται, Cavybelai.

Apoc. Inscribat pectori Holmensis Ecclesiæ angelus, quod scriptum est Philadelphiæ«sis Ecclesiæ Angelo: Cum servaveris sermonem patientiæ meæ ego Te ab hora tentationis servabo.

AMBROSIANÆ MEMORIÆ
BRINKMANNÆ CONSTANTIÆ
CONSECRAT
TOMAS VON WESTEN.

